

sta, priuando eos de facto de beneficijs suis et faciendo in eorum personas iniurias manifestas ac ponendo eos in suis carceribus contra ordinamenta domini Pape et honorem nostrum. Et etiam ultra predicta quatuor laudes solitas ab antiquo fieri in ecclesia sancti Marci, fecit remoueri de dicta ecclesia et ipsas alibi fieri facit contra mandatum dominij et antiquas consuetudines. Et quia pro honore nostro facit operam dare quod nullatenus talia committantur per nostros rectores; uadit pars quod scribatur et mandetur dicto ser Johanni Corrario rectori dicti loci et successoribus suis quod nullo modo faciant nouitates uel molestias presbiteris latinis ymo permittant sua capita; scilicet episcopos facere id quod eis spectat et quod permittant de cetero caricari laudes cum missa solita in ecclesia Sancti Marci, secundum quod ab antiquo fuit hactenus obseruatum ita quod in dictis laudibus nulla fiat nouitas nullo modo uel missa predicta.

15

F^o 32^r Παράτασις προθεσμίας μεταφορᾶς ἐμπορευμάτων τῶν πλοίων Κρήτης καὶ Εὐβοίας ἀπὸ τέλους Ἀπριλίου μέχρι τέλους Μαΐου. 1358, Μαρτίου 4.

16

F^o 36^r Διατάσσεται ὁ ρέκτωρ Ρεθύμνου, ὅπως παραγγεῖλῃ εἰς τὸν Ἀγγελον Σουριανὸν καγγελλάριον Ρεθύμνου, ὅπως παρουσιασθῇ αὐτοπροσώπως ἐν Βενετία καὶ δώσῃ τὸν νενομισμένον ὄρκον τῆς ὑπηρεσίας μέχρι τῆς ἐορτῆς τῶν Χριστουγέννων. Ἐν ἣ περιπτώσει δὲν ἤθελε παρουσιασθῇ παύεται αὐτοδικαίως ἀπὸ τοῦδε. Τὸ διάταγμα τοῦτο, ἔνεκα τῶν ὑπηρεσιῶν τὰς ὁποίας προσέφερεν ὁ Σουριανὸς ἐτροποποιήθη, ὥς πρὸς τὴν αὐτοπρόσωπον παρουσίαν του ἐν Βενετία. Κατὰ τοῦτο θὰ ἡδύνατο νὰ δώσῃ τὸν ὄρκον τῆς ὑπηρεσίας διὰ πληρεξουσίου. 1358, Μαρτίου 24.

17

Ἐπὶ τῆς καταχρήσεως τῶν ρεκτόρων νὰ λαμβάνωσι κανισκεύσεις διὰ τὰ κτήματα τῆς κοινότητος συνιστᾶται ἐπιτροπὴ πρὸς ἀναθεώρησιν τῶν ἐντολῶν τῶν ρεκτόρων, ὥς πρὸς τὸ ζήτημα τῶν ἐθιζομένων καὶ τῶν κανισκεύσεων, τὰς ὁποίας δικαιοῦνται. Τοῦ λοιποῦ πᾶσαι αἱ κανισκεύσεις καὶ τὰ ἐθιζόμενα καταργοῦνται, ἀπαγορεύεται δὲ εἰς πάντας τοὺς ρέκτορας καὶ ἄλλους ἐντολοδόχους νὰ δέχωνται, ὑφ' οἷον δῆποτε πρόσχημα κανισκεύσεις ἐκ τῶν κτημάτων τῆς κοινότητος ἐπὶ ποινῇ κ.λ. 1358, Μαρτίου 24.

F^o 36^r Millesimo trecentesimo LVIII, die XXIII Marcij.

Capta. Cum aliqui rectores nostri sub colore seu nomine regaliarum et consuetudinum que uerius possunt dici abusiones accipiant de bonis communis, seu locorum ubi sunt rectores, ultra quam contineant commissiones eorum, quod est contra honorem et bonum dominij et locorum suorum; uadit pars quod eligantur tres sapientes per electionem in hoc consilio qui debeant examinare commissiones rectorum nostrorum et regalias et consuetudines quas accipiunt, tantum per commissiones quam aliter, declarando expresse in commissionibus id quod ipsi

rectores, uidelicet qui de cetero ibunt ad nostra regimina recipere debebunt
 10 dando nobis suum consilium in scripto, cum quo erimus hic et fiat sicut uidebi-
 tur, et quilibet possit ponere partem et habeant terminum per totum mensem
 Aprilis proximi.

Quod ex nunc omnes et singule regalie et consuetudines supradicte sint
 casse et irritae et pro cassis et irritis habeantur, et prohibeatur expresse omnibus
 15 rectoribus nostris et omnibus alijs qui ibunt extra cum commissarijs pro nostro
 dominio, quod sub aliquo colore seu nomine regaliarum et consuetudinum uel
 aliquo alio modo uel ingenio non accipiant per se uel alios nec permittant ali-
 quem de familia sua accipere aliquid de bonis nostri communis, seu loci com-
 munis ubi erunt rectores, seu specialium personarum nisi id proprie quod expres-
 20 sum ac specificatum erit in commissionibus suis, sub pena librarum CCC pro
 quolibet et qualibet uice in eorum proprijs bonis, de qua quidem pena aduoca-
 tores, qui debeant inquirere de predictis habeant tertium, commune tertium et
 reliquum tertium sit accusatoris si inde fuerit et per eius accusationem ueritas
 habeatur, et teneatur de credencia. Et ultra dictam penam teneatur restituere id
 25 quod accepisset communi seu illa pars, a quibus accepissent, remanente nichilho-
 minus firmo officio aduocatorum communis contra illos qui contrafacerent, rema-
 nentibus etiam firmis omnibus consilijs et penis statutis et ordinatis in illis qui
 accipiunt de bonis communis uel specialium personarum contra formam com-
 missionum suarum. Et si consilium etc. Et hec addantur in commissione rectorum
 30 et in capitulari aduocatorum. Uerum quia admirantur qui sunt etiam in locis
 uestris habentibus etiam commissiones et dicta pena librarum CCC esset nimis
 magna intelligatur quod ipsi cadant si contrafecerint predictis solum de libris L
 pro quolibet et qualibet uice in suis proprijs bonis et ultra dictam penam resti-
 tuant id quod accepissent ut dictum est supra. Et committatur rectoribus quod
 35 inquirere debeant de contrafacientibus exigendo penas, de quibus habeant ter-
 cium, accusator tertium et aliud tertium sit communis, declarando ex nunc quod
 aliqui predictorum rectorum non sint ad hoc presencialiter astricti, nisi illi dum-
 taxat quibus dabuntur commissiones de nouo secundum quod per sapientes siue
 per consilium istud fuerit terminatum. Et ut predicta effectum debitum sortian-
 40 tur, eligantur tres sapientes per modum contentum in parte dominij et aliorum
 existencium cum eodem. 18—non 1—non sinceri 1.

Electi sapientes

ser Marcus Delphino frater domini Archiepiscopi

ser Marcus Quirino Boccus

ser Nicolaus Premarino.

